



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Transsumpt Römischer Kay. May. vnsers aller gnedigsten  
herren Schütz vnnd Schirmbßbriefff zu handthabung vnser  
alter wahrer Christlicher vnd Catholischer Religion dem  
hohen Thumbstifft/ sambt ...**

**Karl <V., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>**

**[Köln], [1545]**

**VD16 ZV 20033**

In Nomine Domini Amen. Officialis Cvriae Coloniensis Iudex ordinarius ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34994**



8  
Bruchstück vob Nr. 16  
jedoch ein anderer Bruch



# N NOMINE

## DOMINI AMEN. OFFICIALIS CURIAE COLONIENSIS Iudex ordinarius. Vniuersis & singulis praesentes literas, siue praesens publicum transsumpti instrumentum uisuris, inspecturis, seu legi auditoris, Salutem in domino. Cum infra scriptorum ueritatis noticia. Noueritis quod anno Domini, die hora & loco infra scriptis, comparuerunt coram nobis prouidi uiri magistri Petrus de Coesfeldia in curia nostra causarum, ac Reueren. uenerabilium & illustrium dominorum Decani & Capituli Ecclesiae Metropolitanae Colonien. Necnon Henricus de Vuilshusen almae Vniuersitatis studij Colonien. Pedellus Iuratus, ac Reuerendorum uenerabilium & honorabilium dominorum Abbatum, Monasteriorum, ac omnium & singulorum Decanorum & Capitulorum Ecclesiarum collegiarum & piorum locorum, totiusq; primarij & secundarij Cleri. Necnon etiam spectabilis & magnifici, ac eximiorum, doctissimorumq; uirorum dominorum Rectoris & almae Vniuersitatis studij Colonien. respectiue (uti cooperimus) Sindici siue procuratores, eorq; nomine Sindicatorio, siue procuratorio quasdam patentes literas, Serenissimi & Inuictissimi principis & Domini, domini Caroli Romanorum Imperatoris, semper Augusti, ac Hispaniarum Regis catholici etc. pergamen. eius sigillo magno, rotundo, de cera rubea, cera glauci coloris circumdata in filis sericis nigri glauciq; coloris subimpendente, sigillatas in uulgari alemanico scriptas. Sanas siquidem & integras, non uiciatas, non cancellatas, neq; in aliqua earundem parte suspectas. Sed omni prorsus uitio & suspitione, ut apparuit, carentes, coram nobis ad transsumendum infra scripto sub tenore exhibuerunt. Et super earundem literarum Imperialium sigilli recognitione nonnullos testes fidedignos produxerunt, quibus per nos ad eorundem Sindicorum, siue procuratorum petitionem, & instantiam compulsis, Iuratis & examinatis, ac sigillo praedicto per eosdem testes sufficienter agnito & recognito. Nos Officialis antedictus ad ulteriorem praedictorum magistrorum Petri de Coesfeldia, & Henrici de Vuilshusen Sindicorum siue procuratorum petitione Agnita pro agnitis, & recognita pro recognitis, habuimus et haberi debere decreuimus. Necnon praedictas Imperiales literas (quas per diligentem inspectionem in earum sigillo, charta & scriptura sanas, integras & illaesas esse conspeximus, ac non uiciatas, non cancellatas, neq; in aliqua earundem parte suspectas. Sed omni

ram nobis prouidi uiri magistri Petrus de Coesfeldia in curia nostra causarum, ac Reueren. uenerabilium & illustrium dominorum Decani & Capituli Ecclesiae Metropolitanae Colonien. Necnon Henricus de Vuilshusen almae Vniuersitatis studij Colonien. Pedellus Iuratus, ac Reuerendorum uenerabilium & honorabilium dominorum Abbatum, Monasteriorum, ac omnium & singulorum Decanorum & Capitulorum Ecclesiarum collegiarum & piorum locorum, totiusq; primarij & secundarij Cleri. Necnon etiam spectabilis & magnifici, ac eximiorum, doctissimorumq; uirorum dominorum Rectoris & almae Vniuersitatis studij Colonien. respectiue (uti cooperimus) Sindici siue procuratores, eorq; nomine Sindicatorio, siue procuratorio quasdam patentes literas, Serenissimi & Inuictissimi principis & Domini, domini Caroli Romanorum Imperatoris, semper Augusti, ac Hispaniarum Regis catholici etc. pergamen. eius sigillo magno, rotundo, de cera rubea, cera glauci coloris circumdata in filis sericis nigri glauciq; coloris subimpendente, sigillatas in uulgari alemanico scriptas. Sanas siquidem & integras, non uiciatas, non cancellatas, neq; in aliqua earundem parte suspectas. Sed omni prorsus uitio & suspitione, ut apparuit, carentes, coram nobis ad transsumendum infra scripto sub tenore exhibuerunt. Et super earundem literarum Imperialium sigilli recognitione nonnullos testes fidedignos produxerunt, quibus per nos ad eorundem Sindicorum, siue procuratorum petitionem, & instantiam compulsis, Iuratis & examinatis, ac sigillo praedicto per eosdem testes sufficienter agnito & recognito. Nos Officialis antedictus ad ulteriorem praedictorum magistrorum Petri de Coesfeldia, & Henrici de Vuilshusen Sindicorum siue procuratorum petitione Agnita pro agnitis, & recognita pro recognitis, habuimus et haberi debere decreuimus. Necnon praedictas Imperiales literas (quas per diligentem inspectionem in earum sigillo, charta & scriptura sanas, integras & illaesas esse conspeximus, ac non uiciatas, non cancellatas, neq; in aliqua earundem parte suspectas. Sed omni

A vj prorsus



prorsus uitio & suspitione carentes, per discretum Crathonem à Leyten de  
Vuetter, Notarium publicum, & Curiaē nostrae Sententiarum infra scriptū  
transsumi & exemplari, atq; in publicam transsumpti formam redigi manda-  
uimus. Valentes & auctoritate nostra ordinaria decernentes, quod praesen-  
ti nostro transsumpto publico de cetero & Inantea ubicunq; locorum in Iu-  
ditio, & extra stetur, illiq; detur & adhibeatur talis & tanta fides, qualis  
& quanta dictis originalibus literis Imperialibus inferius insertis, & cum  
praesenti transsumpto diligenter auscultatis et collationatis data fu-  
it & adhibita, seu daretur & adhiberetur, si in medium  
exhiberetur, seu exhibite fuissent & ostense. Te-  
nor uero earundem literarum Imperialium  
de uerbo ad uerbum sequitur,  
& est talis.

Wir Karl

Der Brief Karls feilt